

DIE XVI JULII.

In Commemoratione Solemni Beatæ Vir-
ginis MARIÆ de Monte Carmelo.

juxta Decretum Sacra Rituum Congregationis die 30. Augusti

Anni 1704.

Pro Sacerdotibus in Regno Polonia.

Introitus.

ejus muniti præsidijs, ad
gaudia sempiterna perveni-
re mereamur. Qui vivis.

Lectio libri Sapientia.

EGO quasi vitis fructifica-
vi suavitatem odoris: &
flores mei fructus honoris,
& honestatis. Ego Mater
pulchræ dilectionis, & ti-
moris, & agnitionis, & san-
ctæ spei. In me gratia om-
nis viæ & veritatis, in me
omnis spes vitæ & virtutis.
Transite ad me omnes, qui
concupiscitis me, & à gene-
rationibus meis implemini.
Spiritus enim meus super
mel dulcis, & hereditas mea
super mel & favum. Memo-
ria mea in generationes sæ-
culorum. Qui edunt me,
adhuc esurient: & qui bi-
bunt me, adhuc sitient.


Audeamus o-
mnes in Domi-
no diem fe-
stū celebra-
tes sub honore Beatæ Vir-
ginis MARIÆ: de cujus so-
lemnitate gaudent Angeli
& collaudant Filium DEI.

Psalm: Eructavit cor meum
verbum ponum: dico ego
opera mea Regi. Gloria Pa-
tri. Gaudeamus &c: *Gloria*
in excelsis.

Oratio.

DEVS qui Beatissimæ
semper Virginis, &
Genitricis tuæ MARIÆ
singulari titulo Carmeli Or-
dinem decorasti: concede
propitius; ut cujus hodie
Commemorationem Sole-
mni celebramus officio,

Qui



XVII. 20535

Qui audit me non confundetur: & qui operantur in me, non peccabunt. Qui elucidant me, vitam æternam habebunt.

Graduale. Benedicta & venerabilis es Virgo MARIA, quæ sine tactu pudoris inventa es Mater Salvatoris. *v.* Virgo DEI Genitrix, quem totus non capit orbis, in tua se clausit viscera factus homo. Alleluja. *v.* Per te DEI Genitrix, nobis est vita perdita data: quæ de cælo suscepisti prolem, & mundo genuisti Salvatorem. Alleluja.

Sequentia Sancti Evangelij secundum Lucam.

IN illo tempore: Loquente IESU ad turbas, extollens vocem quædam mulier de turba dixit illi: Beatus venter, qui te portavit, & ubera, quæ suxisti. At ille dixit: Quinimo beati, qui audiunt verbum DEI, & custodiunt illud. *Credo.*

Offertorium. Recordare Vir-

go Mater in conspectu DEI, ut loquaris pro nobis bona, & ut avertat indignationem suam à nobis.

Secreta.


SANCTIFICA, Domine quæsumus, oblata libamina: & Beatæ DEI Genitricis MARIÆ saluberrimâ intercessione, nobis salutaria fore concede. Per eundem Dominum.

Prefatio. Et te in Commemoratione Beatæ MARIÆ.

Communio. Regina mundi dignissima MARIA, virgo perpetua, intercede pro nostra pace & salute, quæ genuisti Christum Dominum Salvatorem omnium.

Postcommunio.

ADjuvet nos, quæsumus Domine, gloriosæ tuæ Genitricis, semperq; Virginis MARIÆ intercessio veneranda: ut quos perpetuis cumulavit beneficijs, à cunctis periculis absolutos, tua faciat pietate concordēs. Qui vivis & regnas.



post hominio

Quesumus omni potens Deus ut qui celestia dymenta per
cepimus intercedente beato petrono laico Confesory tuo per
cho conto omnia adversa mutiamur per Dominam nostram etc
icru chry

Danc

Danzin

Danzin

panem celesty
akrysiem

Deus p^o bog kornvat
dywintas bostwo
mup^o tytu do mrostaw
angelus amiel
pochanicus

P and mod a kochu

na Dani moit


Cylob rodziko


pot p^o bogoshora

ro

Dani

ropla





OPRAWĘ WYKONANO

w prac. introl.-konserv

Biblioteki „Ossolineum“

data 15.5.73 podpis *[signature]*

[Fragment of handwritten text]
Czyniącże a partz
koninca
Patryz Katarzyna

[Fragment of handwritten text]
Pier
Gendais
Goni
koninca
Katarzyna
B. Rago
Katarzyna

